

ATHEISMVM multo desperatissimum. His itaque armis cum plerumque Satanas infestare solitus fuerit ecclesiam DEI, non dubium est, quin etiam per eos saevire intendat, qui initio svavissimas a Deo revelationes sibi factas somniant ac fingunt, illosque ipsos ac opera eorum alios quoque incautos in errores implicet gravissimos, eaque securitate impleat, ut videantur sibi de re sua certissimi, neque dubitent tanquam ea bene gesta triumphare. Prodidit sane hostis humani generis, quid per illos parare intendat, quando im Erweiß non erubescunt scribere: p. 54. Diese und andere Heilige Lehren (sermo est von dem Geheimniß Christi in uns/ von der Reinigung der Seelen nach dem Tode/ oder dem mittlern Zustand nach dem Tode/ von der Seeligkeit so an keine Seele gebunden/ & aliis ejusmodi: has ita sanctas doctrinas dicas, quisquis scintillam sinceritatis habes) sind vor wenig Jahren meist unbekant gewesen. Und wie würde man die Bekenner derselben vor 30. 40. und mehr Jahren auch unter den Protestanten gehandelt haben? Ist lauffen die Sachen ganz anders. Die Bekenner leben/ und ihre Bekännnisse kan man in allen Buch-Läden haben; Plaudunt itaque, proh dolor! de eo, quod exulceratis temporibus nostris maxime erat deplorandum, nimirum de *impunitate* chartarum & Autorum religionem puriorem & universum Christianum coetum impurissimis doctrinis adorientium, eaque docentium quae nunquam inter orthodoxos ausus est quispiam in lucem protrudere.

§. II.

Hoc equidem mali monstrique quod parturitur & alitur, dudum viderunt oculis apertis & mente praesaga futuri ecclesiae sinceri doctores, & quamprimum venenum Fanicum in oras Evangelicas per *commendationes librorum talium, eorumque varias versiones, editiones ac celebratio-*

B

nes,